



colorchecker CLASSIC


+




x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
(cm)





10634.

9083

XVIII 233

Table des matières. Nitidus. 755.

in ce volume.

- 1^o. Joannis Diophilaci christomachia page 1°.
- 2^o. Macarius Mutius de triumpho Christi.
Matthæi Bossi de passione Christi sermo-
page 66.
- 3^o. Triumphus Christi carmine descriptus pœn
Macarium e Mutium page 9°.
- 4^o. Sapientia Christi a Dominico e Macario
carmine descripta page 98.
- 5^o. Baptista Marchio historia flenda crucis
Iesu Christi page 132.
- 6^o.  Jesuida Hieronymi Siduan ad Petrum Do-
natum page 149.
- 7^o. Janus Sciriacus Scrotarius de Quattro, histo-
ria Passioni Iesu Christi page 164.
- 8^o. Petrus Gellius de morte Iesu Christi ad vi-
tam revocati carmen. page 168.
- 9^o. Sixtus Musæ pœnifcales Majoris & Abdoo-
madoe dier exortatio page 172.
- 10^o. Guicciardini l'apassione di Christo histori-
ata in rima Vulgari page 182.

- 11^o Po annis Ludovici XVII opuscula suo
Iesu christi triumphus. et maria
Parens eius ovatio page 196.
- 12^o Discorso del N. Giuseppe Cartino da
Chioggia &c. page 210
- 13 Discorso fatto dal Alessio Sorri e spra
miravigliosi e segni e miraculosi prodigi nella
morte di et N. Signore page 246

PIÆ MVSÆ PER
FERALES MAIORIS ^{10.}
HEBDOMADÆ DIES
EXERCITATIO.

auct. *Simone Oliva Menillio.*

AD EMINENTISSIMVM
CARDINALEM MASARINVM.



EXCVDEBAT CASTRIS PETRVS FABER
Typographus Regius.
M. DC. XLIII.

EXCELSIOR CASPIA PATERA HABET
TYPICUM REGIS

W DC XIII

HERDOWADE DIES
ENRIGITATIO.

AD EMINENTISSIMUM
CARDINALIUM MASSARINUM.





AD EMINENTISSIMVM CARDINALEM MASARINVVM.

NON hæc Pierij bifido de vertice montis,
 Non hæc Pegaseo carmina fonte fluunt.
Qui Cruce mons triplici rutilantia sydera lambit
 Hos dedit in CHRISTI morte ciere modos.
 Sanguinis ætherei nitidâ perlucidus vndâ
 Impulit his vatem fons sacer ire metris.
 Non me Castalides tangunt, non tangit Apollo,
 Maior agit mentem, sollicitatque Deus.
Augustæ pietas gemmata corona Regentis,
 Regis amor pietas, primâque cura noui,
 Lilia quæ lœtis fouet assurgentia culmis,
 Accumbit tumulo quæ LODOICE tuo,
 Pleætra meæ mouet illa lyræ, dilectaque CHRISTO
 Vrania ad versus aduolat vna meos.
 Dum Crucis ad placidam miseris mortalibus umbrâ
 Tale pio affusi pangimus ore melos,
 Quid vetet eximij Regisque, Deique Ministri,
 Quid MASARINI aures nos tenuisse vetet?
 Quem sacra tractantem pietas, quæ publica agentë
 Semper habet pietas, hunc pia metra iuuant.



HYMNUS IN COELESTIA DORMITI AB ECTESIS DECANTARI

NON p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de aeternis mortuis
Non p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de aeternis mortuis
Qui Christus dicitur dicitur de mortuis et de aliis
Hoc dicitur in Christi morte cetera mortes
Deinde p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de aeternis mortuis
Sed p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Tunc p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Ave salutem deum deus deum deum deum
Tibi summa p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Ave salutem deum deus deum deum deum
Tibi summa p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Ave salutem deum deus deum deum deum
Tibi summa p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Tibi summa p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Moultum p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Sicut illi adiuncti consilii leuius aeterni
Quodcumque p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
O[st]endit p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Mellitum lumen soli in conuicticia aeterni
Oigitur misterie dispensationis scripturarum
Quodcumque p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Hic iungit iurius Cune cibos et libaciones
Sed p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Dum p[er]tinet p[er] p[ro]p[ter]e p[re]dicto de mortuis et de aliis
Mystice foliolum daga q[ua]nta conuolum agnusque
Bittere fletu[m] medio lemone O seruus

HYMNI IN COENA

DOMINI AB ECCLESIA DECANTARI

SOLITI PARAPHRASIS.

PANGE lingua gloriosi
Corporis mysterium, *Ego coetus sum tuum.*
Quod dedit esse munereum Christus noster.

PANGE pio Vrante CHRISTI mysteria versu,
Sydereæ carnis, sacrique cruentis honores.
Per cunctas disperge plagas, uterique beati
Munus adorandum, toti quo reddita mundo
Vita, salusque fuit, plectris modulantibus esset.
Filius, æterni lumen, splendorque Parentis,
Axe serenati nobis demissus Olympi,
Filius ætherei mirandâ Flaminis arte
Intactâ nobis de Virginis editus alio,
Mortales habitans humili sub culmine terræ.
Sparsit ubi augusti cœlestia semina verbi,
Quæ mox secundo roraret sanguinis imbre,
Ordine mirifico, blandique assatibus oris
Mellifluis sociæ soluit commercia vitæ.

Ille suos inter Cœnæ exoptata supremæ
Sub vespertino conuiua sydere dicens,
Dum patrios seruat ritus, præceptaque legis
Mystica, solemnèisque dapes consumere gaudet,
Bissenæ Fratrum, medio sermone, Cateruæ.

Se dat habere cibum. Tanto ille ardescit amore
Humani generis! Tanta illi cura suorum est!

Qui Verbum, pariterque Caro per mutua surgit
Vincula, triticum, cerealia munera, panem
Omnipotens verbo carnem efficit, inque cruentem
Spumantis latices verbo permutat Iacchi:
Deficiunt hebetes tanta ad miracula sensus,
Sola fides oculis, animisque incognita pandit,
Naturamque attollit humo, firmatque labantem.

Ergo colat tantum mens cernua Sacramentum,
Quod dedit esse sui monumentum CHRISTVS amoris.
Sacramentum ingens, cui sub panisque, meritoq[ue] eius
Immortale datur corpus velare figuris,
Et circumfusa concludere nube Tonantem.
Dogmata prisca nouis cedant, pulsisque tenebris
Concedant piceae radijs Hyperionis umbras,
Et caliganti sacra ad mysteria menti
Adsit amica fides, roburque animosa ministret.

Laudetur Genitor, vigeat, celebretur, ametur,
Laude pari, cultaque pari per se clara colatur
Chara Dei soboles, aeterno aequa Parenti,
Quique ab utroque fluit factos spiratus amore
Thurecemas simili tollatur laude per aras.



1175

HYMNI IN FERA

LI DOMINI EXCESSVS ANNIVERSARIO

AB ECCLESIA CANI CONSVENTI,

PARAPHRASIS LATIORIBVS ÆSTVANTIS

STYLI EXCVRSIBVS DIFFUSA.

Pange lingua glorioſi

Prælum certaminis, &c.

BELLA Palæstinos latè certata per agros
Plutonis rabido, Solymæque furore caturæ
Musa tubâ maiore sonay celebrique tropheo
Sanguineç Crucis insignem fer ad astra triumphum
Qualiter & rutili placidus regnator Olympi
Funerei diram montis mactatus ad aram
Victor ab inferno tulerit spolia ampla Tyranno
Prode pijs sacra Musa modis; immisus ab alto
Entheus insolito vatem furor excitat oestro
Et clarę renouata ciet victoria pugnę.

Oceani, terræque sator, cœlique profundi,
Multa querens primi meritâ de clade parentis,
Qui vetitâ radians dum carpit ab arbore malum,
Fatali miseranda cibo sub funera demens
Concidit, & mortem vitali acciuit in horto,
Ex illo Deus ipse Deus, sacra pectora casu
Perculsum misero, lignum crucis, ætheris olim

Felices fructus mutatâ sorte daturum,
 Eligit, infasti tanta ut dispendia ligni
 Soluat, & creptam medijs Acherontis ab vndis.
 Sedibus æthereis prolem infelicis Adami
 Reddat inaudito selecti robore trunci.

Sicut hoc fatis concordibus ordo petebat
 Congruus, infandam prauis sic Daemonis artem
 Arte piâ decuit falli, mundoque medelam
 Inde dari, vnde ferus mortales laeserat hostis.

Ergo ubi flâmigeras Phœbo torquente quadrigas
 Adfuit optatum sub amico sydere tempus,
 Missus ab arce poli, Patris altitonantis imago,
 Filius intactæ carnem suscepit in alio
 Virginis, aspectuque solum recreauit ameno
 Exiliens placidas illæsâ matre sub auras:
 Qualiter integris Sol Tethyos exit ab vndis,
 Aut supero lucis radius demissus ab axe
 Per vitrum subit aurati laquearia testi.

Editus applaudente polo, dum temperat orbem
 Romuleum Augustus, pacisque reducit honores,
 In stabulo iacet angusto, præscipiâque inter
 Vilia mellifluis vagitibus aera mulceri
 Pusio diuini magnum Patris incrementum.
 Alma parens puerum à partu venerata recentem,
 Oscula mille Deo blandis circumlita verbis,
 Oscula mille homini complexu mista tenaci
 Figit amans, hæretque obtutu infantis in uno.
 Lactea tum pannis inuoluit membra, nitensque
 Fasciolis astringit ebur, quosque aspera duro
 Frigore bruma negat, florum decus aurea Virgo

Funditur

Fundit odoratos sacra ad cunabula flores,
 Alba pudicitiae læto vernantia culmo
 Lilia, sydereique rosas, violásque pudoris.

Ille vbi per solymas spargens miracula terras,
 Et summi præcepta patris, sex lustra peregit,
 Dum cupid æternę moriens dare gaudia vite,
 Quærerit abire solo, inuisamque relinquere lucem.

Sicut Olympiacē qui suspicit ardua palmę
 Præmia, puluerei cupidus certamina campi
 Exposcit, non ille oculis gratissima noctis
 Munera, non membris blandam capit ille quietem,
 Tanta premit mentem pugnę, laudisque cupido:
 Talibus incensus flammantia pectora curis
 Acrior, impatiēnsque moræ noua prælia CHRISTVS
 Quærerit, & infensis ardet concurrere turmis,
 Florentēmque suā sibi quærere morte coronam,
 Quæsitāque homines per sæcula cingere lauro.
 Tempora tarda fluunt illi, segnique videtur
 Phœbus stare rotā, nec voluere Cynthia bigas,
 Dum Crucis in ligno terrenę Victima noxę
 Attolli petit, & sæuo procumbere fato
 Sacrificam cæsus mitis velut Agnus ad aram.

Respondent votis properantia fata, nec vltra
 Pectora torqueri cupidi patiuntur amantis.
 Pænarum per mille modos, per vulnera mille,
 Mille nocendi artes, quasasperat ira tumescens,
 Expirat fugientem animam Cruce fixus in altâ.
 Cernis Idumæi rabida instrumenta furoris,
 Queis terre perit omnis honor, cœliq; voluptas.
 Effera se cuspis, probrofaque monstrat arundo,

Apparent clavi, stat amaris illita succis
Spongia, stat dumis implexa corona cruentis,
Fixa genis, frontique sedent impressa venustæ
Fœda serenatum sputa inficientia vultum,
Crudelis scuticæ, sœuæque ferocia turbæ
Membra flagellantis laniatâ in carne pate scit.
Hæc inter mirare latus quod lancea fixit;
En ut hiat mucrone patens, mixtâmque sacrato
Sanguine fundit aquâ, & pretiosum projicit amnè,
Dalmatici vndantem riuo saliente metalli,
Cuius inexhausto mundi scelus omne liquore
Abluitur, priscumque resumunt cuncta nitorem.

Crux omnes inter, nemorū decora ardua, frondes
Nobilis, & rutilante comâ lœtabilis arbor,
Fida sequestra Dei, Crux hospita fida Tonantis;
Nulla tibi ramis, non flore, aut germine profert
Sylua parem, nec se se aliâ Deus arbore iactat:
Dulce salutifero respersum sanguine lignum
Quam dulces clavos, quam dulcia pondera gestas!

Germine quæ tali, tali quæ pondere dulcis
Diceris, at rigido surgis nimis aspera trunco,
Flecte rudes ramos, durum Crux exue robur,
Et curuata sacro sub Numine brachia tende,
Quem natura dedit rigor ut lentescat ahenus
Effice. Quid dubitas tam sanctis parcere membris?
Mollitumque sinum mansueto pandere Regi?

Has illi curas, hæc illi munera debes,
Quam tanto vitâ ex cedens dignatur honore.
Hic te Chaoniæ vocali robore frondis
Poñhabito, Syriæque æterno caudice cedri,

Phæcum nemora, Alcinoi pomaria temnens
 Te sœcli pretium, mundique talenta redempti,
 Vilia quæ turpi gestabas corpora furcâ,
 Ferre dedit lœtis sub honoro pondere ramis.
 Idem te trabibus textam dedit esse carinam,
 Atque aliam statuit fatis melioribus Arcam,
 Quæ pelagi tumidis stares immota procellis,
 Et circumfusis mersum iam fluctibus orbem
 Susceptum trabe securâ statione locares;
 Effusoque, vices olei subeunte, cruento
 Vndarum fremitus, tempestatumque furores
 Sedares, placidâ componens æquora pace. (quet,

Cuncta suo Deus Astripotens qui Numine tor-
 Principium sine principio Pater, alter ab illo
 Natus, inextincto radians de lumine lumen,
 Amborum communis Amor, communèque vinclū,
 Igneus ambrosiam diffundens halitus auram,
 Non interrupto per euntia sœcula cultu
 Accipient meritos mundi famulantis honores,
 Et quibus æqua datur cœloque, soloque potestas
 Fumida Pánchezis altaria nubibus vident
 Religione pari, fertisque vmbrentur odoris.

ALTERIVS HYMNI

IN EODEM ANNIVERSARIO CANI

AB ECCLESIA SOLITA PARAPHRASIS.

Fiac inter misericordias tuas, misericordia nostra
Entra in hiemam misericordie nostrae, et libera nos
Ex circumfulve misericordia tua, et dñe
Sanguine fundit vexilla Regis prodeunt
Fulget Crucis mysterium, &c.

AETHEREAS volitant Regis vexilla per auras,
Paciferae veneranda Crucis mysteria fulgent:
Iamque dies memoranda redit volentibus Astris,
Quâ Deus, extructo carnem qui condidit orbe,
In trabe suffixus lacerâ sub carne pependit,
Pertulit horrificam quâ vita in caudice mortem,
Morte triumphalem quâ protulit inclita vita.

Quâ CHRISTVS diro confosus cuspidis ictu,
Omnia ut elueret sceleris contagia nostri,
Purpureo vndantes fudit cum sanguine fluctus.

Euenere, pio cecinit quæ carmine vates,
Ecce Deus ligno regnat, terrâmque momordit
Arbore deuictus, qui vicerat arbore, Dæmon.

Arbor adorati quæ fulgida murice Regis,
Syluarum immortale decus, caput inferis Astris,
Sanguine cui madidos diuini corporis artus
Fas fuit electo tenuisse in stipite fixos.

Fœlix, quæ mundi pretiumque, decusque sacrata
Fronde gerens duro librasti in robore Corpus

Numinis æterni, quod terram, & sydera librat,
Facta statera nouos auri melioris in usus.

Fœlix, quæ Stygij spolijs induæ Tyranni
Tartarei prædam rapuisti e faucibus Orci,
Munera tu vitæ non deficientia profers
Frugibus æthereis curuata, æstûque perustos
Mortales patulâ ramorum protegis umbrâ.

Crux Erebi terror, mundi spes vñica salue,
Dumque tui pompam rehotuat pia turba triumphi
Adsis ô Crux alma fauens, & crimine ab omni
Solue reos, iustosque bonis cœlestibus auge.

Fons vitae, triplici manans fons lympide riuo,
Tergeminis Deitas Personis vñica pollens
Collaudet studio te spiritus omnis ouanti,
Quos Crucis incolumes sacra per mysteria seruas,
Hos regere æternum sub amicâ lege memento,
Nec desint illis virides in pace Coronæ,
Parta salutisero quibus est Victoria ligno.



ORATIO DOMINICA VERSIBVS HEXAMETRIS REDDITA.

SYDEREÆ qui celsa tenes palatia sedis
Alme pater, summo per sæcla colatur honore
Nomen vbiique tuum, superâ quod in arce locasti
Adueniat Regnum, fiat cœlô que, soloque
Exemplò quodcumque velis, da pabula nostri
Quotidiana cibi, & vitalem suffice panem:
Debita queis premitur, sortem miseratus egenam,

Sollicitis expunge reis, debentibus ut nos
Nodosas æris tabulas delere solemus,
Nec sine nos prauâ tentari Dæmonis arte,
Sed procul omne malum curis vigilantibus arce.

ΣΑΛΤΑΤΩΝ ΑΓΓΕΛΙΚΗ ΕΠΙΦΑΝΙΑ

SALVTATIONIS ANGELICÆ PARAPHRASIS.

SALVE Virgineos inter flos vnicæ flores,
O Maria ætherei Virgo decoris aue.
Circumfusa Dei te Gratia vestit, ouátque
Posthabito Dominus tecum habitare polo.
Inclyta muneribus cunetas cœlestibus anteis,
Ac morum eximiâ nobilitate nurus.
Et tuus intactâ partus qui conditur aluo
Nobile diuini surgit Amoris opus.
Sumet ab hoc humana suam natura salutem,
Réque, datóque simul nomine Iesvs erit.
Mater sancta Dei, Mater quæ sola perenni
Virginitate fruens iura parentis habes,
Nunc, & in extremæ spatijs trepidantibus horæ
Pro nobis validas cia agé funde preces.



SYMBOLI APOSTOLICI

PARAPHRASIS.

Credo Deum in patrem, sacræ qui robore vocis
Omnipotens rapidi sinuosa volumina cœli
Condidit, immotæque immania pondera terræ.

In CHRISTVM pariter mens cernua credit IESVM,
Vnica qui magni soboles, & imago Parentis,
Gentis & humanæ Dominus, quam morte redemit,
Et rabido Stygis imperio. Sanctissimus illum
Spiritus intactâ MARIAE formauit in aluo,
Vitalisque parens eduxit Virgo sub auras.

Ille Palæstino sub Præside plurima passus
Infandis tormenta modis, intérque latrones
Funerei fixus præduro in stipite ligni
In nocuam sacro fudit cum sanguine vitam.

Marmoreo texit functum noua terra sepulchro,
Hinc subit infernos animâ exultante recessus;
Tertia deinde dies spolijs Acherontis onustum
Morte triumphatâ rediuium surgere cernit.

Astriferum mirante solo mox scandit Olympum,
Et Patris ad dextram folio considit eburno.

Inde homines, quos saxa premūt tellure repostos,
Quosque leuem liquidi vescentes ætheris auram
Terra fouet gremio, veniet cum nube tonanti
Angelico stipante choro damnare nocentes
Iudicio, meritisque pios vincire coronis,
Et placidum, instabilisque vacans a turbine sortis,
Cui neq; erunt metæ, neq; tempora, ponere Regnū.

16
Credo quoq; in sanctum submisso pectore Flamé,
A Patre, & a Nato communi fœdere manans.

Credo sacram, & nullâ violatam labe Sionem,
Auspicè quæ CHRISTO totum diffusa per orbem
Tartareis immota minis ad sydera surgit.

Creditur alma mihi sanctæ communio turbæ,
Prona reis venia ad cœlum videntibus ambas
Supplice voce manus, pallenti a morte regressus,
Corporis exuuijs, tulerant quas fata, receptis,
Nesciāque abrumpi Parcarum pollice vita.



DE INCARNATIONIS ET MORTIS DOMINICÆ
CONCVRSV IN EVNTIS ANNI CIRCVLLO EPIGRAMMA

QVÆ nunc atra dies morientis acerba Tonantis
Funera flebilibus dat celebrare modis.
Illum eadem sacrâ conceptum Virginis alio

Lætitię dignum plausibus alba refert.

Quænam hæc currentis tam discors orbita Solis,

Quæ vitæ, & mortis miscet in orbe dies?

Desine mirari, non hæc sine numine Titan

Con sociata suis tempora vectat equis.

Mortalem æthereæ dum fœdere necit amico

Naturam superâ lapsus ab arce Deus,

Composito vitam & mortem permiscet in uno;

Possit ut humanum soluere morte genus;

Sic vnâ sub luce necem, vitâque recurrens

Autorem similans iungere Phœbus amat.



AD MORTALEM

IN CHRISTI FVNERE IMMOTVM.

ELEGRIA, quid sitq[ue] sigis
P[ro]lato[ri]o p[re]latis

VER vbi iucundis demulcens æra flabris
Innubes placido pandit in orbe dies;
Obruit insontem tempestas turbida. **C**HRISTVS
Sæuaque Tænarijs acta procella Notis;
Roscida dum picti surgunt per gramina flores,
Et variâ rutilans luce coruscat humus,
Aurea lux mundi **C**HRISTVS, flos aureus orbis.
Occidit in Solymis mitis Iesvs agris,
Naturæ, cœlique vices turbantur, & aurei
Tempora sub veris ferrea sequit hyems.
Quem non terra capit, terram qui necit Olympos
Hunc capit, & vinclis turba scelestæ ligat.
Grande soli, cœlique decus, speciosa Tonantis
Effigies, summi splendor, honosque Patris,
In sicutur sputis, naso suspensus adunco
Ridetur, roscis percutiturque genis.
Cæditur intortis per eburnea membra flagellis
In nudum scuticis incita turba furit,
Corpo[re] disciso crebris fluit vndique riuis
Sanguis, & effuso verberat imbre solum.
In plagas abit alma caro, nec cessat atrocies
Implacata ictus congeminate cohors,
Ætherei rutilo stellantem sanguinis ostro.

18

Vestit ad irtisum murice lana nitens.
Ut vani sceptrum imperij per ludicra scena.
Addita in opprobrium surgit arundo nouum.
Regis ad illisi specimen sacra tempora circum
Vepribus infestis plexa corona riget.
Exutâ ex humeris crudescunt vulnera veste,
Plus solito plagiis flibile corpus hiat.
Sibila per populi mediâ traducitur vrbe,
Impositæ gestans pondera dura Crucis.
Ad fœdæ trahitur tormenta immania furca,
Signatur sparso tota cruento via.
Damnati montis sub iniquâ mole fatiscens
Scandit anhelanti culmina tetra gradu.
Perque manus duros traiectus in arbore clavos,
Perque pedes rabida sub feritate iacet.
Tollitur in cœlum præduro in stipite fixus,
Clavi artus, frontem spinea serta premunt.
Ratores inter libratur in ære, qui nos
Raptoris Stygij faucibus eripuit.
Fons vitæ arescit, nec CHRISTI grata palato
Suppetit, ardenter quæ fugit vnda sitim.
Dira propinati sitientem torquet acetum,
Torquet & immixti fellis amarities.
Gentis Idumeæ conuicia, scommata, samna
Discerpunt lacerum, seminecēmque Deum;
Fugerunt comites, cœli solatia defunt,
Nec præsens nato est qui regit astra Pater?
Mater amans, quæ singuleu, lacrymisque dolorem
Asperet, & miseri funus acerbet, adest.
Mater adest, sed non illi expirantis ocellos co-

Condere, non animam suscipere ore datur.
 Qualia pallenti morientia lilia culmo
 Declinant æstu saucia colla graui:
 Talis humo, flammis percusus amoris IESVS,
 Demittit languens deciduumque caput.
 Vita fugit, tenues efflatus in ætheris auras
 Spiritus ambrosio spargit odore solum.
 Nec tamen extincto gens impia pareit, & idem
 Iudeis superest qui fuit ante furor.
 Transadigit sacras truculento vulnere costas,
 Elicit & mixtam sanguine cuspis aquam.
 Sic CHRSTVS iunctis tot in vno corpore pœnis
 Horrificam patitur fata per atra necem;
 Pròque hominum infandis placabilis Hostia noxis
 Agnus vti, & teneræ concidit instar ouis.
 Talia dum speetas, quid homo quid tundere parcis
 Pectora? & vndantes dilaniare genas?
 Sol piceâ nitidos fuscat caligine vultus,
 Et luctum aueris dicit in axe rotis.
 Concutitur tanto tellus perterrita casu,
 Rumpuntur trepidis saxa soluta iugis.
 Sancta Palæstini velans altaria Templi
 Scinditur in partes purpura texta duas.
 Manibus immissæ pauidis ad fulgura lucis,
 Ferales reserant panda sepulchra sinus.
 Tota sui autoris tetrâ sub clade laborat
 Natura, & mundi machina tota gemit.
 Et tibi mens immota manet, tibi robur ahenum,
 Asper & in Scythico stat tibi corde silex.
 Exue tam durum, quid cessas, exue robur,

Et lacrymarum imber saxea corda cauet.

Sanguine pro sacro, qui toto corpore manat,

Ne tenuem ex oculis fundere differ aquam.

Indue te spinis; perit omnis gratia florum,

Et spinis vincitus tempora CHRISTVS obit.

Sparge caput cinere, æterni lætabile Patris,

Pro dolor! extinctum nox regit atra iubar.

In Cruce sige tuos, ubi CHRISTYS fixus amores,

In Crucis incisum cortice nomen habe.

Fronde sub hac, quam syderei rigat vnda cruoris,

Et Zephyri aura fouet, nocte, diéque sede.

Hic tibi dulce leuem murmur det inire soporem,

Languida qui facili membra quiete leuer.

Hic cœlo inuisos terreni corporis æstus

Temperet umbriferis arbor opaca comis,

Hæc tua sit Lotos, quæ fausta obliuia ducens

Te veteris patriæ non meminisse sinat.

Sic tibi, sic fatis CHRISTYS morietur amicis,

Sic CHRISTO viues tempus in omnibus.

Fundebat in lugubri Dominici excessus anniversario S. OLIVA MENILIS

Senator Tolosanus.



Dicerunt lacrimantes, quod non posset ultra
Excoecant comites, circuus, et spes impotens.

Per priores natum, et in secessu, et in secessu
Mater amans, et amata.

E cipi mens intuitor, insigne, cibi, lopari, stimulare
Abducere, et seculi, et seculi, et seculi, et seculi.

Excoecatum duximus, duximus, duximus, duximus.

